

1460 Januar 1, Mantua.

Nr. 6083

NvK an das Brixner Domkapitel. Die Klagen über seinen Kommissar Konrad Bossinger höre er nun zum ersten Mal und werde dem nachgeben. Ihren Wunsch nach Bestätigung der Privilegien habe er dem Papst vorgetragen und warte auf dessen Entscheidung.

Kopie (gleichzeitig): BOZEN, StA, Codex Handlung (früher INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 107<sup>rv</sup>.<sup>1)</sup>

Regest: Jäger, Regesten I 319 Nr. 244 (mit Auszug).

Erm.: Jäger, Streit I 353f.

Eternam salutem. Venerabiles domini, amici carissimi. Recepi binas litteras vestras. Prima concernit d. Conradum Bossinger, quem d. Gebhardus commissarium substituit, in qua aliqua narratis, que prius numquam nec legi nec audiui. Ego autem, cum sit commissarius et servitor meus, querelantibus fieri faciam. Alia littera loquitur de sigillatione littere d. Georgii<sup>2)</sup>, et est gravis materia, quam, ut debui, ad noticiam s. d. n. deduxi, qui nundum ob occupationes nunc in dissolutione diete<sup>3)</sup> minime determinate respondit. Solicitavi s. suam michi indulgeri, ut complaceam vobis. Nam in possibilibus michi paratus essem. Non videbatur a principio illa littera esse adeo gravis sicut postea, dum exanimaretur, per peritos comperta dicitur. Videmini in fine, ubi de  
10 remediis scribitis, iusticiam adire velle, quod, et si non sit necessarium, tamen illam numquam recusabo, ymo offero per presentes. Ea enim, que iusta sunt, libentissime acceptabo et exequar. Et quia s. d. n. habet negotium illud in manu usque ad determinationem s<sup>tis</sup> sue, non erit necessarium plura scribere ad puncta in littera vestra contenta. Sed rogo, considerare afflictionem meam, quam pro iusticia ecclesie mee subivi.  
15 Et non solum non detis afflictionem afflicto, sed pro debito et honore vestro fidelitatem forti animo ostendatis, in domino feliciter valentes. Ex Mantua, die prima januarii 1460.

Vester N. cardinalis sancti Petri, episcopus Brixinensis

---

<sup>1)</sup> Über dem Text von gleicher Hand gestr.: Item responsio d. cardinalis ad dictas duas litteras insimul presentatas non habetur ad presens, sed postquam reperietur, registrabitur in cartis sequentibus, que propterea vacue remanserunt. Die zwei genannten Briefe des Domkapitels an NvK sind AC III 1, Nr. 6071 und 6073 vom 18. und 20. Dezember 1459.

<sup>2)</sup> Die Besiegelung der vom Brixner B. Georg von Stubai gewährten Privilegien des Domkapitels; s.o. AC III 1, Nr. 6066, 6071.

<sup>3)</sup> Ende des Kongresses von Mantua.